528 (b.11)
89

AD REVERENDISSIMUM
D. ANTONIUM
CAIETANO DE SOUSA,

INTER OMNES GENEALOGOS REGIÆ Domus Luſitanæ facile Principem.

SCriptorum flos, atque decus (te ſcripta decòrant)
  Quàm bene de floris nomine nomen habes!
Luſitana Domus per te ceu Regia floret, *Anthos Græcè, Latinè flos interpretatur.*
  Sic per eam nomen floret ubique tuum.

Dic, ubi ſunt flores *inſcripti nomina Regum*? *Virg. Egl. 3. v. 106.*
  Neſcis? Antonî perlege ſcripta, ſcies.

Quæris, ubi flores inſcripti nomina Regum?
  Antonî Libros quære, revolve, lege.

Scimus, ubi flores inſcripti nomina Regum:
  Hos legit, Antoni, qui tua ſcripta legit.

Tam bene ſcripſiſti de Regibus, inter ut omnes
  Regius Hiſtoricos promereare coli.
Auctoris tanti vates fingebat amicus;
  Cui male de gemma, floreque *nomen* ineſt. *Hyacinthus Pereira.*
Scilicet in prætio nil ſunt, quæ carmina fingit:
  Carminibuſque ſuis nil quoque floris habet.

Canebat

Hyacinthus Pereira de Brito.